

64 ANNO JUBILAEI

& largitur; Atque illis etiam, quas simili memorie Innocentii XI., & Innocentii XII. Romani Pontifices Praedecessores nostri, Fidelibus sacratissimi Eucharistiae Sacramentum, cum ad Infirmos deleretur, devote comitantibus, vel lumen, aut faciem per aliquos ea occasione deferendum, seu deferendam mittentibus, similiter concesserunt: tum etiam Indulgentias a S. R. E. Cardinalibus de Latere legatis, & Apostolice Sedis Nunciis, ac Episcopis, in usu, seu exercitio Pontificali, aut impertienda Benedictione aliave forma consueta, concedi solitis; Item falvis & firmis remanentibus Indulgentiis Altarium Privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis, aliisque eodem modo pro solis ipsis Defunctis concessis, atque etiam aliis quibuscumque Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, alias pro vivis concessis, ad effectum dumtaxat, ut Christiani- desiles illas animabus Fidelium Defunctorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii directe applicare valeant; quas omnes & singulas, licet, pro eo quod respicit vivorum favorem, hac Jubilaei anno durante, generaliter, ut infra, suspendas, ad praedictum tamen effectum, ipsis anni decursu, etiam in earum concessionibus bujasmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus Christianis Fidelibus, qui in iuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint, acquiri posse concedimus, & indulgemus.

Item Facultates, quae in quibusvis praeservantur. §. 2. Praeservatis etiam & firmis remanentibus facultatibus Tribunalis Officii Inquisitionis adversus Haereticam pravitatem auctoritate Apostolica instituti, ejusque Officialium; Missionariorum quoque, & Missionariorum, qui ab eodem Tribunale, seu a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praeposita, vel alias a Sede praedicta ad id deputati fuerint, & praefertim facultate absolviendi ab Haeresi illos, qui, abjuratis eorum erroribus, capaces ejusmodi abolitionis redduntur; aliisque facultatibus, quae ab Officio Penitentiarum nostrae Apostolicae, Missionariis, in Locis Missionum, earumque occasione, ab ipsis exercenda, concessa fuerint; Item falvis & illis remanentibus facultatibus tam Venerabilium Fratrum Episcoporum, aliorumque Superiorum Antistitum, in suis respective Diocesis, circa dispensationes & absolutiones suorum Subditorum in casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, prout ipsis a Sacra Tridentina Synodo, seu alias, etiam in publicis, a iure communi Ecclesiastico, & ab eadem Apostolica Sede, pro certis personis & casibus, indultae permissaque dignoscuntur; quam etiam Superiorum Ordinum Regularium, quaecumque ipsis in Regularibus pariter sibi subiectis a Sede Apostolica praedicta tribuitae fuerunt.

Suspensio a. §. 3. Caeteras omnes & singulas Indulgentias, tam plenarias, quam non plenarias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, ac facultates, & indulta absolviendi, etiam a casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Literis die Cenae Domini legi solitis contentis, seu relaxandi censuras, commutandi vota, aut dispensandi etiam super irregularitatibus, & impedimentis, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Universitatibus, & Piiis Locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam Saecularibus, quam quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regularibus Personis, Coronisque, Granis, Imaginibus, & Numismatis ex metallo seu quacumque alia materia concessis, tam singulariter, quam universaliter, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipsis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentibus, etiam ad instar Jubilaei, aut alias quomodocumque, & ex quibusvis causis & occasionibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausalibus, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas, & concessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta praesenti-

bus pro expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate, de eorumdem Fratrum consilio & assensu, ac potestatis nostrae plenitudine, suspendimus, & suspendas, ac suspensa esse declaramus, easque, & ea, eodem anno durante, nulli prodesse, ac suffragari debere; Iritum quoque & inane decernimus, si secus super his a quocumque auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca per praesentes auctoritate Apostolica praecipimus, & mandamus, ne interim, praeter superius expressas, alias, quam indicta a Nobis praedicti Jubilaei, Indulgentiae, siue publicae, siue privatae, quovis praetextu, ubi locorum & gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendae, aliisque arbitrio Ordinariorum infringendis praeteris, publicentur, vel nunciarentur, aut in usum demandentur.

§. 5. Non obstantibus praemissis, & Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Confraternitatum, Universitatum, Collegiorum, & Locorum, aliorumque praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac aliis quibuscumque, per eodem Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac Nos & dictam Sedem, ejusque Legatos, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausalibus & decretis, & ex quibusvis causis, concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiam in illis caveatur expresse, quod sub similibus, vel dissimilibus suspensionibus nequam comprehendantur, nisi de illis specialis, & individua mentio fiat, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Et quia difficile nimis esset, praesentes quocumque, ubi illis fuerit, perferri, volumus eorum exemplis, etiam impensis, Notarii publici manu, & sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae obligatis, eandem prosum fidem in iudicio, & extra, ubique Locorum adhiberi, quae adhiberetur praesentibus, si essent exhibitae vel ostensa.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae suspensionis, declarationis, decreti, praedicti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono, sextidiesimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Decimo.

D. Cardinalis Passioneus. J. Datarinus. VISA DE CURIA J. C. Boschi. J. B. Eugenius. Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Publice die 24. Maji ejusdem Anni

DE PRÆPARATIONE XIX.

Ad Annam Universalis Jubilaei, Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

VENERABLES FRATRES.

POSTOLICA Constitutio a Nobis nuper promulgata, in qua Sanctorum Anni solemnitate Christianis Fidelibus denunciamus, eisdem invitatur ut sacris Peregrinationibus se se committant, ac operentur, quod in veteri Testamento Dei iura in primis Ecclesiae saeculis frequentior ad sacra Hierosolymorum loca accessus, ac perpetua consuetudo, quae vel ipsos Imperatores ac Reges ad hujusmodi almae Urbis sacra monumenta, & praeteris ad beatam

ANNO JUBILAEI

beata Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Sepulchra invenienda perduxit, satis commendat: opus denique, quod ab haereticis male habitum, a nostris Controversiarum tractatoribus multa vi, solidiferae rationibus fuit vindicatum. Si enim ab illis, qui Ecclesiarum regimini praesuntur, ejusmodi Peregrinationes, quae decet methodo ac ordine instituuntur, pietatis ac religiose simul conciliantibus omnibus, qui sobrio patoquoque animo rem ipsam introspicunt, ac veros, quibus ea circumscribitur, limites contemplantur.

§. 2. Justit Deus in Lege veteri, ut omnes Israelitarum Filii ter quotannis Tabernaculum, siue ad Domini Templum devoti accederent: Tribus vicibus per annum appareret omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit: in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum: ut ex Deuteronomio cap. 16. cuique perferendum est. Cui quidem praecipit Elcana, ejusque uxor Anna sedulo obtemperant, 1. Reg. cap. 1. Et Redemptor noster summo-pere diligens, Beata Virgine ejus Matre, ac Sancto Josepho ejus Nutritio comitantibus, ad Templum istatis vicibus se contulit; ut legitur Lucae cap. 2. Hinc, ut Templum a Salomone constructum vel ipse Gentes frequentiores adirent, idem Salomon Deum precatus est, ut exterarum Gentium, etfi Israelitis non accesserent, quae post longos itinera tractas Templum inviserent, precibus benignus annuaret: Insuper & alienigenae, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extensum ubique)... tu exaudias in Caelo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit se alienigena. Profat hac verba 3. Reg. c. 8.

§. 3. Splendidum testimonium suppediat Eusebius in Histor. Ecclesiast. lib. 6. cap. 11., ubi Sancti Alexandri Cappadociae Episcopi adventum in Hierosolymorum Urbem commemorat, ut sacra illa loca intueretur ac coleret, inquit: Divino admonitus oraculo retur ac coleret, inquit: Divino admonitus oraculo Alexandri, cum ex Cappadocia, in qua primum Episcopus fuerat ordinatus, Hierosolymam profectus fuisset, scopus orandi, tum locorum visendorum gratia. Sed longum orandi, tum locorum visendorum gratia. Sed longum praefati sunt, quae in rem hanc producti S. Hieronymus in epist. modo 46. olim 17. haec verba: Longum est nunc Ascensu Domini usque ad praesentem diem per singulas aetates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Christiana virorum venerint Hierosolymam, putant, minus se religionis, minus habere scientiam, nec summam, ut dicuntur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christianis adorasset locis, de quibus primum Evangelium de parabulo conservaverat.

§. 4. Nostra non interest longiore sermone hic attingere de frequentiori Regum, Episcoporum, atque Ecclesiae Praelatorum, nec non Fidelium pene omnium accessu, ac assiduis ad Limina Apostolorum Peregrinationibus; cum provincia hanc universam praecoccupaverint celebres aliquot eruditi, nimirum Onuphrius Panvinus in suo de praesentia Basilica Vaticana Tractatu, quem Nos in minoribus adhuc posuisti, hoc est inter Vaticanæ Basilicae Canonicos cooptari, atque Archiepiscopus ejusdem Basilicae Praefecturam agentem, plures perlegimus nondum typis impressum, & in Tabulario Basilicae diligenter servatum; Jaco- bus Gretserus tom. 4. novae Operum editionis lib. 2. de sacris Peregrinationibus cap. 12. & seqq. Coccius lib. 5. Theol. Catholic. cap. 17. Stanislaus Hofius cap. lib. 5. de Ceremoniis, quae desumuntur a loco; Rutilius Benzonius de anno sancti Jubilaei lib. 6. cap. 1. & seqq. Drexellius tom. 13. edition. Monachii par. 1. cap. 7. pag. 126. & seqq. & nuperus Trombella de Cultu Sanctorum tom. 1. pag. 2. cap. 46. & seqq. Juvabit etiam ex Marculfo Monacho, qui vixit saeculo Ecclesiae septimo, formulam, cujus memorati Scriptores quoque rito ac methodo conficerentur commendatitia litterae, quae ad Summum Pontificem, ac Episcopos dabantur, in gratiam eorum, qui Romam ad Apostolorum Limina progrediebantur. Profat hac formula in lib. 2. cap. 49. eaquo sic habet: Portior iste, radio inflammante divino, non, ut plerisque mos est, vacandi, siue ut alii legunt, vangandi causa, sed

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

Haecmodi peregrinationum praeter in Lege veteri.

Preceptum ne alia indulgentia publicetur sub pena excommunicationis.

Proterio Pontificii, Indultis.

Fides habenda in Transumptis.

Sandio.

Dat. die 17. Maji 1748.

propter nomen Domini itinera ardua, & laboriosa parvi pendens ob lucrandam Orationem Limina Sanctorum Apostolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, a mea parvitate se petitur vestre commendari Alimati. S. Joannes Chryostomus in libro, cui titulus. Quod Christus sit Deus, tom. 1. editionis Parisiensis anni 1718. pag. 470. n. 9. ita ad rem nostra scribit: In Regia Urbe Roma, missi alii omnibus ad Sepulchra Discipulis, & tenentiorum Opificis accurrunt Imperatores, Consules, Exercituum Ducas, Carolum Magnum Imperatorem septem supra quadraginta annorum spatio, religionis stimulo ductum Romam quater accessisse, Eginardus testatur, inquit: Carolus Magnus intra annos quadraginta septem, quater Romam ad vota persolvenda, & orandum profectus est. Neque omnitem splendendum Nicolai I., qui nono saeculo floruit, testimonium, quo frequentissimè ad hanc Urbem Peregrinationes, ad beatos Apostoli Petri Cineres instituta, commemorantur. Tanta millia hominum (verba sunt Nicolai in epist. 8. ad Michaelem Imperatorem) Protelioni ac intercessioni Beati Apostolorum Principis Petri ex omnibus sinibus terre propereantur se se quotidie conferunt, & usque in finem vite suae apud ejus Limina semel mansura proponunt, ut preter illud, quo vas e Caelo submissum, in quo cunctos ostensa sunt eidem Beato Petro horum omnium rectori ammantium genera, Catholicam signat Ecclesiam, etiam ipsa sola Romanorum Urbis, apud quam ejusdem Apostoli corporalis praesentia sedulo veneratur, ipsius raris cultibus dignoscatur in se continere universorum animalium (quae homines intelliguntur spiritaliter) nationes.

§. 5. Quod vero aut ad nostros Controversiarum Scriptores attinet, qui pios an sacra loca secessus habentem Ecclesiae Praelatorum economiam spectat, ut ejusmodi Peregrinationes, semotis quibusque scandalis, rite atque ex ordine perfererentur; Nos, qui tantum non est animus Dissertationem, aut Tractatum elucubrandi, ea dumtaxat innumis, quae literis consignantur Joannes Aurelianus Episcopus, non facili Scriptur, contra Claudium Taurinensem, in sacras Imagines, ideoque in sacras etiam Peregrinationes infensum, & Egidius Carlieri Ecclesiae Cameracensis Decanus in celebri Oratione Basilicae habitata contra errores Nicolai Taboritae, in qua, solidioris doctrinae argumentis, quaecumque ad adversario contra sacra Fidelium itinera obijcebantur, plane dissipavit, ut patet Orationem legenti in tom. 8. Collectio- nis Conciliorum Harduini pag. 1896. & seqq. Ea item consulenda, quae in Concilio Chablonensi secundo ann. 8. 13. cap. 45. & uberius in Concilio Bituricensi anno 1548. tom. 10. memoratae Collectionis pag. 1466. & seqq. sancita sunt; patebit enim, Canones aliquot fuisse procusos ad quavis absurda tollenda, quae in sacras Peregrinationes irrepere potuissent. Nec silentio praeterenda, quae in rem hanc sedula cura in unum collegit Laurentius Boehelli in Decretis Ecclesiae Gallicanae lib. 4. tit. 14. de Peregrinationibus.

§. 6. Neque vero ignoramus duo illa S. Gregorii Nysseni Opuscula, alterum de iis qui aduunt Hierosolimam, alterum ad Eustasian, Ambrosiam, & Basilicenses, quae tom. 3. ejus Operum editionis Parisiensis anno 1638. pag. 651. & seqq. inferantur; quibus abutuntur heterodoxi, ut pios Fidelium ad sacra loca secessus irideant, ac damnent. Novimus etiam gravem controversiam ab eruditissimis super Opusculorum veritate excitatam. Genuina fatetur Lippomanus Baronius, Natalis Alexander, Tilliomontius, Ceilliers, & alii centet Cardinalis Bellarminus: tamquam supposititia & apocrypha damnat Gretserus; idque multis rationibus probare contendit in accuratis annotationibus, quas pag. 71. & seqq. tom. 3. praefato editionis impressas legitimus. Hac tamen controversia seposita, et in Opuscula genuina dicamus; esto in abusum, qui occasione Peregrinationum ad sacra Hierosolymorum loca irreperant, S. Gregorium infuraxit concedamus; esto praepostera sententiam illorum, qui hanc Peregrinationes ad externam salutem consequendam omnino necessarias affirmabant, profricamus; nihil inde conficitur, quod veritatem a nobis supra propositam convellat, aut infringat. Non enim sacrorum itinerum necessitatem obrudimus, sed utilitatem dumtaxat commendamus; neque absurda, quae in longis itinerum tractibus aliquando insurgunt, propugnamus,

Apologia pro sacris peregrinationibus, p. 4. & Concilium Chalcedonense indicant.

Quid sentiendum de duobus Opusculis Gregorii Nysseni?

ANNO JUBILEI mus; sed, ut infra patebit, opportunis remediis prae- cavemus, ne scandala suboriantur. Quod si S. Doctor zolo pietatis abrepit, vehementiori fortasse stylo in sacras Jerosolymorum Peregrinationes aliquando ob- loquatur; aut de pravus Peregrinorum moribus durio- res quæpiam sententiæ excipiendæ sunt; aut com- munes Ecclesiæ sententiæ ac ritus, qui sacra Christiano- rum itinera, modo qua decet modestia ac disciplina infirmitur, piis ac devotis operibus accenset, priva- to Doctoris, etsi sanctitatis ac doctrinæ laude celeberrimi, iudicio antea non tenentur.

Episcopi. Quis am ad Urbem, & quibus con- ditionibus, hincvenit. §. 7. Nostra hæc invitatio ipsos cum primis Vene- rables Fratres Ecclesiarum Episcopos complectitur; modo corporis salus id ferat, nullumque ex Pastoris absentia gregi concedito obtentum sit detrimen- tum. Oportet vero meminere, plerisque Prædeces- sorum, eorum saltem, quos longiora itinera ab Urbe non dissociabant, quotannis in sanctam Civitatem se contulisse, un conjunctim cum Romano Pontifice SS. Apostolorum Petri & Pauli Festa celebrarent; ut ex epistola 13. & 16. S. Paulini satis conpertum est. Hortatur etiam Sacerdotes, atque ex Clero reliquos; modo ut par est, dimissoriales Episcoporum Literas secum ferant; non enim a Nobis lex ista nunc pri- mum indicitur, cujus jam tam a vetustis Ecclesiæ sa- culis apertissima occurrit mentio; ut patet ex Canonibus 43. & 42. Concilii Laodiceni an. 372. penes Harduinum tom. 1. pag. 789. & 790. Hortatur & Regula- res; modo opportuna Superiorum, quos tamen hæc in re benigniores fore consilimus, accedat voluntas. Pari studio Laicos hortatur; modo, antequam itinere se se committant, aut a Parocho aut a Confessario, quid sibi expediat, probe intellexerint. Ne autem con- scientiarum moderatores & conciliarii facile hallucinentur, ea nosse, ac præ oculis habere debent, quæ hæc in casibus Theologi, ac præ ceteris Theophi- lus Raynaudus tom. 15. *Forum Operum*, in Tracta- tu, qui inscribitur *Heteroclitia spiritua* ia pag. 217. num. 12. sedulo examinanda proponunt. *Peregrina- tio*, ita Raynaudus, est opus supererogationis, & pertinet ad cultum voluntarium, quem par non est officere alibus virtutis ex obligatione exercendis. die maritus, qui vinculo conjugii adstringitur ad uxorem uxori, malefaciet, si, uxore vacante, longam Peregrina- tionem, ea domi relicta, suscipiat. Et imo, quamvis uxor consentiat, postea tamen Peregrinatio longa mariti continere hereticum, si per eam absentiam in alterutro conjugum virtutis periculum labefcenda virtutis timeretur. *Aut* ex hoc capite anomala esset Peregrinatio patrisfamilias, qui tum necessarius esset domi ad sustentationem familie, deberetque sui labo- rare, & thesaurizare, vellet tamen dono abesse, & ad hoc eum illa sacra monitione discursare. idem pronuntium est de eo, qui oberatus, nec habens aliquid, unde dissolvat debita, quam si alicubi be- gat. Et laborat, eligit tamen visere loca sancta. No- tant omnes Plenariam peccatorum Indulgentiam, quam Urbanus II. in Concilio Claromontano his elargitus est, qui Crucis insignia gestantes, ad sacra Jerosolymorum loca recuperanda, sacre militiæ no- men sarent: Quicumque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecunie adersione, liberandam Ecclie- sam Dei Jerusalem profectus fuerit, iter illud pro omni penitentia reputetur: verba sunt memorati Con- cillii, quod anno 1095. celebratum est, atque tom. 10. Labbeanæ editionis inseritur. D. Thomas, quod- lib. 4. art. 11. hæc questione proposita: Utrum vir possit accipere Crucem, si de ejus incontinentia timeatur, eandem, quam supra statimus, doctrinam se- cutus, ita questionem absolvit: Ex necessitate viro imminet, ut gerat Crucem uxoris, quia caput mulla- randum, subjacet propria voluntati. Unde si uxor sit talis, que sequi non possit propter aliquod impedi- mentum, & de ejus incontinentia timeatur, non est ei consulendum, ut accipiat Crucem, & dimittat uxorem; scias autem est, si uxor continere voluntarie proponat, aut velit, & possit sequi virum suum.

Regulares. Laici.

Mulier. Sed nec ipsas quidem Mulieres, modo clausuræ legi- bus non teneantur, arcemus, quominus Anno Jubilæi tempore, si ita illis expediat, Romam accedant. Multa enim præsto sunt, quæ sacra mulierum itine- ra commendant exempla. S. Helenam ad sacra loca

properantem S. Ambrosius describit. Eudoxiæ, quæ Theodosio nupsit, Peregrinationes ad Urbem Jerosoli- manam Socrates commemorat. Paulam Matronam Ro- manam in Terræ sanctæ locis lustrandis sollicitam ex- hibet Sanctus Hieronymus. Nec minori studio S. Bir- gitta Compstellam, ac Romam, ut Sanctorum Apo- stolorum Limina desolcularetur, perexit. Ad hæc, Nos ipsi, quo tempore diuturniorem in hac Urbe Sanctæ Sedis servitio obstricti moram traximus, de frequenti mulierum adventu, citra ullum ætatis, aut conditionis discrimen, testes sumus. Verum, ne ubi sedulus Paterfamilias frumentum feminat, inimicus homo zizania commisceat, eos omnes, quibus disci- plinæ ac morum custodia est concessita, monemus, ac in Domino obsecramus, ut sedulo caveant, ne ullus pateat aditus criminibus, quæ facili negotio a mulierum ætate, ab eorum, quibus sociantur, in- dote, ingenio, ac sexu dissimili, suam ducunt origi- nem. Quod si mulieres viro alligatæ itinere se com- mittant, ea cum primis cura adhibenda est, ut viris absentibus, fratrum custodiæ commendentur, aut sal- tem iis custodiendæ tradantur, quos propinquitas gra- dus, & a quavis suspitione alienos, & in pudicitia servanda probet sollicitos.

§. 8. Jam vero reliquum est, ut, quo tandem no- stra hæc invitatio spectet, apertius. Id vero satis explicare non possumus, nisi quædam scitu digna, a sanctis Patribus, atque Ecclesiasticæ Historiæ mo- numentis petita, primo loco statuemus. Sanctus Joannes Chrysostomus Homil. 32 in Epistolam ad Romanos tom. 9. præfate editionis pag. 757. Ur- bem Romam laude dignam affirmat, quod illius amplitudo, vetustas, pulchritudo, populû frequentia, divitiæ, ac victoriæ, quas bello reposavit, multam intuentium animis excitent admirationem. Verum hæc illi non erat præcipue commendationis mate- ries. Aliud quidpiam in Urbe Roma intuebatur, quod nedum laudes ab ore eliceret, sed insuper amo- rem ac desiderium excitaret quemmaximum; ipsa nimirum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli sa- cra Lipsana, ex quibus longe majori gloria ac dig- nitate Roma nobilitatur. Propterea, inquit S. Do- ctor, quemquam aliunde illam laudare possum, a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter gestis. Sed, missis illis omnibus, ideo illam beatam prædico, quia Paulus & dum viveret, illi scripsit, atque ipsos ita dilexit, ac præsens ipsos al- locutus est, & vitam ibidem clausit; ideoque hinc clarior est Civitas, quam ex aliis omnibus; ac, quem- modum corpus magnum & robustum, duos illa Urbis habet oculos splendentes, horum vigiletes San- ctorum Corpora. Non ita splendens Cælum, cum ra- dios Sol emittit, ut Romanorum Urbe duas illas lucernas habens per totum orbem lucem emittent. Hinc charitatis igne succensus, quæ præsens intue- ri non poterat, Beatorum Apostolorum Corpora ab- sens venerabatur; atque, ut aliquando Romam pos- set accedere, veluti moræ impatiens, summis opta- bat votis. Quis mihi nunc dederit, sic ille prosequi- tur, ut Corpus Pauli circumlectar; ut sepulcro be- ream; ut pulverem videam Corporis illius; que Chris- to dederant, adimplentis, signata illius gestantis, prædicationem ubique disseminantis? & post pauca: Vellem sepulcrum videre, ubi jacet arna justitie, arma lucis, membra nunc viventes, & mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Christus, que crucifixus erant mundo, membra Christi, que Christum induebant, templum spiritus, edificium sanctum, que spiritu ligata erant, que confixa erant timore Dei, que signata Christi habebant. Hoc Corpus Urbem illam quasi membris cingit, quod omni turæ, & val- lis innumeris rariis est; & cum hoc etiam Petri Corpus; nam illum viventem honoravit: Ascendi, in- quit, videre Petrum.

§. 9. Et Nos igitur S. Joannis Chrysostomi exem- pla secuti, affirmare tuto possumus, nostram hanc Urbem Romam amplissimis ædificiis, ac miro in- structam ornatu, dignam esse, quæ spectatorum oculos alliciat ac trahat. Verum vota, nostraque ad Fidelem populum hortamenta hic non sistant. Hæc præcipua Roma laus est, quod Catholicæ Religio- nis Caput, ac unitatis Centrum in ea sedem fixerit. Hoc

Quarta ve- ritate notat quod non sit S. Apo- stolorum cie- ritas.

Indulgencia Beatorum præ- cipue itine- ric locus.

Alia Chris- tiano Ro- mani vitan- da in Urbe.

Hoc dignam Urbe Roma spectaculum, apertissima mo- numenta disjectæ penitus Idololatriæ, quæ tandem Ur- bem hanc Orbis dominam sibi subjecerat, contemplari. Perfectam habent Eruditi sententiam Petri Angeli Barchi in celebri Epistola de privatioribus publicioribusq; ædificiorum Urbis Romæ eversoribus, qua probare con- tendit, magnifica Theatrorum, Thermarum, Templo- rumque ædificia, ac innumera Idolorum simulacra, non jam a Gothis, Vandalis, aliisque efferatis genti- bus fuisse disjecta; sed a Romanis Pontificibus, ipso- que cum primis Sancto Gregorio Magno, aliisque Fi- delibus, fuisse prostrata, ut omnem plane Idololatriæ cultus tollerent. Quidquid vero sit de hujusce senten- tiæ veritate, profecto non desuit, qui nostra ætate operosum Tractatum consecerit de profanis ac supersti- tiosis Ethnicorum reliquiis, in commodum ac ornamen- tum Ecclesiarum translatis, addito insuper nomine ac numero Ecclesiarum, quæ vel hæc diebus, profanis Gentium Templis innixæ ac superimpositæ, Romæ aspiciuntur. Sacras igitur Peregrinationes indicimus, ac religiosum ad memorias Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli accessum suademus, eo consilio, ut fi- delis populus ad sacra hæc loca eodem feratur pie- tatis spiritu, quo S. Joannes Chrysostomus, ut su- pra naravimus, vehementer exaruit; esto illi datum non fuerit sacrorum Urbis Romæ loca, vel semel invisere.

§. 10. Nondum vero rationes omnes, quibus no- stra hæc hortatio innititur, explicavimus. Notum satis, quod anno 1300. Bonificii VIII. tempore con- tigit narratur: Fama illico invaluit de Plenaria pec- catorum Indulgentia quovis anno centesimo iis con- cessa, qui Sanctorum Apostolorum adirent Limina: Auctor famæ, quæ nedum Romæ, sed & in aliis Orbis partibus percrebuerat, etsi diu multumque quaestus, nullquam inventus est. Hinc Bonificius VIII. anno centesimo tunc recurrente, celeberrimam edidit Constitutionem, cui initium *Antiquorum habet fida relatio*, in qua plenissimam peccatorum veniam concedit iis omnibus, qui vere penitentes ac confessi, quinquaginta vicibus, si fuerint extranei, si vero Romani fuerint, triginta vicibus Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas visitaverint; ac præterea cuilibet centesimo futuro anno idem ple- nissimam Indulgentiarum beneficium, iissem sub conditionibus acquirendam, perpetuo fociavit. Uni- versa rei series sibi calamo a Jacobo Cajetano Dia- cono Cardinali S. Georgii in Velabro, ejusdem Pon- tificis Nepote, conscripta, typis impressa legitur tom. 25. *Bibliothecæ Maxime Patrum* editionis Lug- dunensis pag. 937. & seq. Notum item centum an- norum spatium a Bonificio VIII. definitum, ac Cle- mente VI. ad annos quinquaginta, ab Urbano VI. ad annos tres ac triginta, ac postremo a Paulo II. ad annos viginti quinque fuisse revocatum: addita insuper a Clemente VI. Lageranensis, ab Urbano VI. Liberianæ Basilicæ visitatione. In nostra, quam nuper edidimus, Constitutione, nihil de consuetâ Ec- clesiæ disciplina, sive quoad Ecclesiarum, sive quoad visitationum numerum, sive etiam quoad opera, quæ ad lucrandum Indulgentiarum thesaurum præ- scribuntur, excepta Sacre Eucharistiæ perceptione, quam jure ac merito superaddidimus, immuta- vimus. Arque huc tandem vota nostra ac hortamenta contendunt, ut, quæ præcipiantur in sacris hisce iti- neribus, pia opera, quæ decet humilitate ac devotione impleantur; non enim dumtaxat consilii, sed præcepti, ac necessitatis res est, ejusmodi operum implementum. Quo semel posito, verbis iidem, quibus Augustinus Valerius vigilantissimus Ecclesiæ Veronenfis Episcopus, mox Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis egregius, in *Pastorali epistola* edita anno 1574. dilectum suæ Civi- tatis ac Diocesis populum hortatus est, occasione Jubi- læi, quod Gregorius XIII. sequenti anno celebravit, universos Christianissimos alioquin, ac monemus. Fra- tres, verba sunt Epistolæ ex Italico idiomate in La- tinum translata, *Gratia Sancti Spiritus proximo Ju- bilæi Anno vos Romam accersit; multus item, qui vobis proponitur, thesaurus invidiæ solam, quæ bonæ conscientie perpetua cura est, induatis; ita Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. III.*

namque fiat, ut hoc Jubilæi Anno sanctissimas gratias adepti, & sacro itinere redacti, promptiores quam antea JUBILEI.

§. 11. Liceat Nobis huc item transferre ipsamet ver- ba, quibus Sanctus Carolus Borromæus, clarissimus Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, geminam ad commissum sibi gregem dedit epistolam, Italico sermo- ne, ut omnium captui se accomodaret, conscriptam; alteram quidem die 10. Septembris 1574. hoc est anno Jubilæum a Gregorio XIII. celebratum præeunte; al- teram, absoluto Jubilæi tempore, anno 1576. promul- gatam. Utriusque epistolæ fragmentum latine reddidit lubentes exscribimus. Prior epistola sic habet; *Contem- nenda ergo non est, filii charissimi, occasio, ex qua ani- mabus vestris tanta obveniunt emolumenta. Nolite, præ- camur vos, metu curæ laboris quo corpus paulisper lassatur, tanto fraudari bono. Postquam in terrenis com- modis ac emolumentis diligentiam perpenditis: quorum gratia, longa, ac periculis plena itinera ultro suscipi- tis; absque eo quod ærumæ, ac incommoda vos ter- roant, aut labores, qui non semel occurrunt, ab in- cæpto vos retrahant. Pudeat igitur, quod majora cor- pori, quam anime, impendatis beneficia. Enimvero si de temporalis oneris dissolutione agatur, aliqui ve- strum non dubitant vias etiam difficiliores adire; esto sacra hæc itinera, tot tantorumque peccatorum, que animam gravant, absolutionem impetrent. Hæc ratio, filii charissimi, que anime salutis tam beac consulti, simul vobis addat oportet, ut sincere pietatis, que Chris- tianos decet, spiritu instructi, sacrum iter suscipiatis, ad quod antiqua Fidelium devotio, ac vestra populu- rum ac Principum exempla vos provocant. Posterioris epistolæ, quam, elapso Jubilæi Anno, Sanctus Caro- lus scripsit, postquam Summus Pontifex, ipso rogan- te, Plenariam Jubilæi Indulgentiam Mediolanum trans- miserat, ut eorum saluti consulere, qui præcedenti anno Romam non accesserant, verba hæc sunt ad rem nostram satis opportuna: *Nolitis quenam fuerint anno præterito vota nostra, ut nemo vestrum, cujusvis negotii aut impedimenti prætextu, a sacris Peregrinationibus, que ad Urbem Romam instituentur erant, absterneret. Unumquemque excitavimus, ut ad spirituales divitias, sibi comparandas prepararet, ac singulari obsequio S. R. E., que omnium Mater est, veneraretur. Romam ac- cedere, ut corpore presens Apostolicæ benedictionis con- sequeretur, & Beatorum Petri & Pauli sacra Corpora, altorumque Sanctorum Reliquias coleret; ut vetustas ac veneranda Ecclesiæ, necnon loca illa innumerorum pe- ne Martyrum sanguine conspersa ac consecrata intueretur. Hæc enim Urbs illa est, misterii, sacrisque monumen- tis insignita, singularibus beneficiis a Deo cumulata, cum in ea S. Petri Cathedram perpetuo fixerit; insal- libilem Fidei Catholicæ veritatem, disciplinam ac mo- rum Magisterium collocaverit. Hæc quidem Urbs est, cujus tellus, muri, Ara, Ecclesiæ, Martyrum se- pulcra, & quidquid oculis observatur, sacrum quid ani- mis iugerit, ut ii experiantur, ac sentiant, qui rite com- parati sacris illos recessus invisunt. Hinc vos omnes & voce pluries hortati sumus, & literis excitavimus, & timoris a nobis suscepti exemplo monuimus; rati, nostra interesse, hæc etiam in re ducorem agere, ac exemplo præire.**

§. 12. Huc usque nostram hæc Encyclicam Li- teram producere, tandemque finem imponere me- ditabamur; verum, præter spem a Nobis præconce- ptam, multa adhuc superesse animadvertimus. Pa- tres Synodi secundæ Cabilonensis anno 813. in Ca- none 45. apud Harduinum tom. 4. pag. 1059. *Sac. Collectio*, nonnulla recentem absurdam, quæ eorum ætate, occasione rei, de qua agimus, invaluerant, & quæ fortasse nostris etiam temporibus possent obrepere. Nam & a quibusdam, inquit Canon, qui Romam, Turonum, & alia quadam loca sub prætextu orationis inconsulte peragravit, plurimum er- ratur. Sunt Presbyteri, & Diacones, & ceteri in Clero constituti, qui negligenter viventes, in eo pur- gari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant: Sunt nihilomi- nus laici, qui putant se impune aut peccare, aut peccasse, quia hæc loca frequentant. Sunt adeo records, ut putent, se sanctorum locorum sola vi- sitatione a peccatis purgari. Alia item sequentium

Simplex pe- regrinatio ad Jubilæum a consuetu- da con- sulticit.

ANNO JUBILAEI

temporum absurda, ex quibus Fidelium Peregrinationes suo frustrantur effectu, commemorat Abbas Albertus Stadenfis in Chronico: Vix aliquos vidi; vel nunquam, qui redierint meliores de transmarinis partibus, vel de Sandorum Luminibus. Ut hisce malis occurrant Patres Cabillonenses, remedia praeribunt, verbis, quae sequuntur: Qui vero peccata sua Sacerdotibus, in quorum sunt Parochiis, confessi sunt, & ab his agenda penitentiae consilium acceperunt, si orationibus instando, elemosinas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum Limina, vel quorumlibet Sanctorum inviscere desiderant, horum est devotio modis omnibus collaudanda. Nec remedia dissimulat Abbas Stadenfis, inquit. Puto ex hoc provenire, quod debita devotione nec exant, nec redunt; debent enim tali cogitatione proficisci, quali essent de seculo migraturi. Et Nos igitur, ne Apostolici ministerii partes negligamus, alieno exemplo educti, malis omnibus avertendis, & iis statuendis, quae ad Indulgentiarum fructu percipiendum necessaria sunt, animum intendamus oportet.

Indulgentias, quibus preparandi sunt populi ad Indulgentiam vel ad Indulgentiam ad mandandum.

§. 13. Notum cuique est, mensum aliquot spatium intercurrens ab eo tempore, quo Anni Jubilaei Bulla Romae vulgatur, ad ipsas Sacri Jubilaei Anni primordia; quandoquidem, iuxta veterem Ecclesiae disciplinam, ipsa Nativitatis Domini Vigilia, quae Bullae indictionem consequitur, Porta Sancta aperitur, & Jubilaei Annus tunc primum incipit. Hoc mensum aliquot intervallum, otiosam abite non patimur; eo namque utimur, ut interim in variis Urbis Romae partibus Missiones habeantur, quarum utilitatem fatis commendavimus in Pastoralibus nostris Edictis, quae Nobis ad Archiepiscopalis Ecclesiae regimen Bononiae commorantibus elucubrata sunt, ac typis edita; moxque in Latini sermonem translata, iterum recusa sunt. Illud vero Evangelicis Missionum Operariis inculcamus, ut Catecheses ad populum habeant, in quibus Catholicam de Indulgentiis ac universali Jubilaeo doctrinam explicant, iis posthabitis quaestionibus, quae ad puram theologicam dissertationem, & Polemicam vel Moralem Theologiam Traditoribus agitantur. Satis enim erit fidei populo, si bene norit, culpam penamque aeternam quibus bene ille utatur, culpam penamque aeternam dimitti; temporalem vero penam unquam per raro tolli, quae idcirco aut satisfactoris operibus in hac vita, aut post obitum Purgatorii igne superest eluenda: ut docet sacra Synodus Tridentina sess. 6. cap. 14. & Can. 30. ejusdem sessionis, sub titulo de Justificatione. Satis item erit, si Christianae plebi innotescat, adesse in Ecclesia indiescentem thesaurum, ex immensa meritorum Christi copia constatum, cui & alia Sanctorum accedunt merita: hujusce vero thesauri dispensationem, ab eodem Christo Pontifici fuisse conceditam; hoc est Romano Pontifici fuisse conceditam; ideoque provido Romani Pontificis consilio, iustis causis ita suadentibus, modo ampliore, modo contraquirem fieri posse meritorum applicationem, si ve per modum Absolutionis pro vivis, si ve pro mortuis per modum suffragii: si tamen viventes, culpam, penamque aeternam, per penitentiam deleverint; defuncti vero, Deo in charitate conjuncti ex hac vita migraverint. Porro haec meritorum applicatio; Indulgentiae nomine donatur, quam quisquis rite consequitur, a temporali peccatorum poena liberatur pro mensura applicationis, quam legitimus Dispensator concessit, ac definit; ut legitimus in Summorum Pontificum Constitutionibus, ac, praeter ceteris, in celeberrima Decretali Leonis X. Praedecessoris nostri ad Cardinalem Thomam de Vio, alias Cajetanum, quo tempore Legati Apostolici munere in Germania fungebatur. Ex quo sequitur, ut Christianis fidelibus admodum sit Indulgentiarum usus, ideoque diro anathemate damanda sit prava illorum sententia, qui aut Indulgentiarum utilitatem denegant, aut Ecclesiae Indulgentias conferendi adimunt potestatem, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 25. in Decreto de Indulgentiis. Postremo monendus erit Christianus populus, Indulgentiam Anni Jubilaei Plenariam esse, atque ab aliis item Plenariis, quae etiam per modum Jubilaei dispensantur, fecerni, quod Sacro Jubilaei Anno Confessariis ad id muneris designatis amplius tribua-

tur facultas cum absolventi a peccatis, tum dispensandi super vinculis ac impedimentis quibusdam, quibus non semel penitentium conscientia irretitur.

§. 14. Omnis alius Summorum Pontificum Constitutionibus, quae cuique obvix sunt, eam duntaxat, doctrina de Indulgentiis ex Decretali Leonis X. quam Leo X. promulgavit, hic duximus extricendam. Sic vero habet: Per presentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliqua tamquam Matrem sequi tenentur, tradidisse, Romanum Pontificem Patri clavigerum, successorem; & Jesu Christi in terris Vicarium, potestate Clavium, quarum est aperire Regnum Caelorum, tollendo illius in Christianis fidelibus impedimenta, culpam scilicet & penam, pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediantia Sacramento Penitentiae, penam vero temporalem pro actualibus peccatis secundum divinam justitiam debitam, mediantia Ecclesiastica Indulgentia, posse pro rationabilibus causis concedere eisdem Christianis fidelibus, qui charitate jungente, membra sunt Christi, si ve in hac vita sint, si ve in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum; & tam pro vivis, quam pro defunctis, Apostolica auctoritate, Indulgentiam concedendo thesaurum meritorum Jesu Christi & Sanctorum dispensare, & per modum Absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, & per modum suffragii illam transferre consuevissent; ac propterea omnes tam vivos, quam defunctos, qui vocaverint omnes Indulgentias hujusmodi consecuti fuerint, a tanta temporalis poena, secundum divinam justitiam pro peccatis suis actualibus debita, liberari, quantum concesserit ac acquisita Indulgentia aequivalet; & ita ab omnibus teneri, & predicari debere &c. auctoritate Apostolica &c. decernimus.

§. 15. Haec docuisse fat erit, ut populus ea, quae ad Indulgentiarum materiam pertinent, fatis percipiat. Quia vero studendum cum primis est, ut Indulgentiarum fructum Fideles consequantur; hinc ad alias progrediantur oportet, qui sacrum Missionum ministerio incumbunt. Apostolice instructi zelo, in saeculi corruptelas, quae longe lateque grassantur, sermonem convertant, memores verborum Isaiae cap. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domus Jacob peccata eorum. Penitentiae necessitatem indicant, ac ineluctabilem animae iacturam urgeant, nisi penitentiae ope crimina deleantur: quo pertinet illud Christi Domini, Lucae 13. Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ad haec, divinae misericordiae divitias extollant, quae in eos effunduntur, qui, pravis antea vitae moribus omnino rejectis, cor novum, novumque spiritum sibi comparant. Interim vero praec oculis habeant ea Domini verba, Ezechielis cap. 18. Convertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes praevocationes vestras, in quibus praevocati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite. Et c. 33. Vivo ego, dicit Dominus Deus; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat.

§. 16. Proposita virtutis penitentiae necessitate, ad Sacramentum Penitentiae sermonem convertant, atque hortamenta, ac monita ingeminant, ut Fideles hoc saluberrimo muniti Sacramento, ad Annum Jubilaei accedant rite dispositi. Hinc ad validam ac utilem peccatorum Confessionem perficiendam populos erudiant; omnimodam necessitatem iterandi Confessiones pridem irritas explicant; omnemque curam adhibeant, ut ii quoque, qui nulla necessitate obstrictos se putant, ad praeterita crimina in Penitentiae Sacramento iterum manifestanda, atque ad generalem peccatorum Confessionem instituendam facile inducantur. Licet non sit de necessitate iterum confiteri eadem peccata, tamen propter irrevocabilitatem, quae est magna Penitentiae pars, ut eorundem peccatorum iteretur Confessio, reputamus salubre: verba sunt Praedecessoris nostri Benedicti XI. in Decretali. Inter cunctas, de Privilegiis, relata inter Extravagantes communes. Quibus consona scribit S. Carolus Borromeus in suis ad Confessarios Monitis, quae Innocentius XII. Praedecessor noster, ut iis, qui Confessiones audiunt, exem-

Doctrina de Indulgentiis ex Decretali Leonis X.

Penitentia populi inculcanda, ut Indulgentiam fructu percipiant.

Confessionem generalem utilitatem ostendenda.

ANNO JUBILAEI

exemplo essent ac documento, iterum Romae imprimenda curavit. Confessarii, ita loquitur S. Carolus, pro cuiusque persona qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam Confessionem penitentes exhortentur, ut per hanc, proposita omni praeterita vita sibi ob oculos, majori cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potissent in precedentibus Confessionibus accidere, resarciant.

Et commentatur a S. Francisco de Sales, in libro de S. Vincentio, & ad Viduam Matronam data, hic repetimus, e Gallico sermone Latine reddidit: Accipite literas a Patre tuo, ruitibus a me postulat, ut aliquid, quod animae salutis futurum sit, illi aperiam. Lubens, & facilior fortasse, quam par est, votis annuo. Quae illi trado monita, ad tua revocantur capita. Alterum est, sedula ac universalis antea vitae discussio, quam generalis Confessio, & pro penitentia sequatur. Hoc enim illud est, quod nemo vir ingenius ante obitum negligit. Alterum in eo versatur, ut paulatim a mundi illecebris animum fudeat avellere. Ejusmodi epistolae exemplum inferitur tom. 1. illius Operum editionis Parisiensis anno 1669. pag. 914. num. 6. In Vita Sancti Vincentii a Paulo Fundatoris Congregationis Missionis, Italice scripta, multis agit de fructu, qui a generalibus Confessionibus, occasione sacrarum Missionum, percipitur. Hinc memoratae Congregationis Regulae ab Apostolica Sede probatae, inter caetera Instructi ministeria illud enumerat, Confessiones generales totius antea vitae suadeo, & excipio. Eodem pertinent verba Urbani VIII. relata in Bulla, quae incipit: Salvatoris nostri qua Institutum praefatae Congregationis confirmatur; ita namque generalium Confessionum usum ac utilitatem commendat: Ex quorum felicibus successibus (operum scilicet ac ministeriorum) 2. quae Congregationis Instituto propria sunt ac peculiaribus evidentem apparet, hoc pium Institutum Deo acceptissimum, hominibus vero utilissimum, prorsusque necessarium esse: ex eo enim, licet non multo ab hinc tempore, rarus antea Confessionum sacramentalium, etiam generalium, & sanctissime Eucharistiae usus frequens pro Dei gratiam factus est. Hinc Praedecessor noster Innocentius XI. secum reputans graviores defectus, qui ex irrito praeteritarum Confessionum usu possunt occurrere; in ea, quam post indicium Jubilaei Annum vulgavit Instructione, hisce verbis a Nobis latine redditis, quemlibet peregrinorum hortatur, ut ante discessum universa antea vitae crimina iterato aperiat in foro sacramentali: Discessurus, validam, ac generalem Confessionem praemittat; ac monetur, ut, hac oblata occasione, id non negligat: ut nimirum medietur languoribus, quibus Confessiones pridem habita fortasse laborant. Sane conscientiarum moderatores uno conveniunt, multam ex generalium Confessionum usu percipi utilitatem. Ita namque universa vitae ratio animo obversatur: ex quo hominis timor ac humilitas; major in peccatum horror infurgit; augentur vires, ut quidquid ad malum provocat, propulsetur; jucundissima pax & tranquillitas animo accedit; & quae praeteritis Confessionibus illata sunt, damna sanantur.

Multum vero interest ut Confessarii manus recte collocent, & adimpleant.

§. 18. Haud ignoramus, sacramentales Confessiones, si ve pro quotidianis excessibus instituantur, si ve frustaneas repetant, si ve universa vitae crimina unum colligant, eo, quem expectamus, & summo opere expectimus, fructu caritatis, nisi a probis, doctis, ac in sana Ecclesiae doctrina rite instructis penitentiae Ministris excipiantur. Quo tempore Archiepiscopalis Ecclesiae Bononiensis regimini Nos ipsi praesumus, nullum in Penitentiae Ministerium delegimus, quem aut Nos, aut alii coram Nobis, praevio examine, non probaverint; ut scilicet solidum de moribus ac doctrina suppeteret testimonium. Neque vero indefinitam ad Confessiones audiendas cuiquam tribuimus auctoritatem, sed certo, ac brevi temporis spatio circumscriptam concessimus; ut semel probati iterum examini subicerentur, aut a Nobis ipsis, aut Nobis adstantibus percipiendi. Hoc autem fuit multam Confessarii molestiam, ita magnam penitentibus afferbat utilitatem. Jam vero universalis Ecclesiae regimine usque

adeo pressi, ut illi ferendo pene deficiant vires; ANNO JUBILAEI. examen Confessariorum, qui in hac Urbe Romae Sacramentum Penitentiae administrant, aliorum, de quorum fide ac diligentia Nobis bene sperare licet, iudicio relinquimus; & nonnisi semel quotannis, adventate nimirum sacro Quadragesimali sejunii tempore, Concionatoribus, ac Parochis, qui coram Nobis iusti conveniunt, ea omnia, quae eorum muneris, ac animarum salutis expedire videntur, significamus. Sed longe major ac potior Nos urget ratio, ut, occasione Anni Jubilaei, qui propediem venturus est, Confessarios omnes alloquamur, quibus idcirco, ea, qua possumus, verborum vi atque animi contentione, haec, quae sequuntur, monita ac hortamenta praebemus.

§. 19. Primo loco monemus, ut meminerint, suscepti muneris partes non implere, immo vero gravioris criminis reos esse eos omnes, qui cum in sacro Penitentiae Tribunali resident, nulla tamen sollicitudine penitentes audiunt; non monent, non interrogant, sed expleta criminum enumeratione, Absolutionis formam illico praefertur. Id sane a solertis Medicis, qui oleum, ac vinum vulneri infundit, moribus nimis alienum est. Equidem Medicum agit quisvis Penitentiae Sacramentum ministrat; hinc debet nedum criminum circumstantias, sed etiam illius, qui in crimina lapsus est, indolem ac ingenium sedulo inspicere, ut illi praefito opportunitis remediis, ex quibus animae salutem consequatur. Sacerdos autem sit discretus, & castus, ut mere periti Medici similiter infundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirat: si peccatorum circumstantias, & peccati, per quae prudenter intelligat, quale illi debeat consilium praebere, & ejusmodi remedium adhibere, diversis experimentis: utendo ad sanandum aegrotum: verbis utimur clarissimi Praedecessoris nostri Innocentii Papae III. in Generali Concilio Lateranensis Cap. Omnis utriusque sexus, de Penitentia & remissionibus. Consonat Rituale Romanum a Paulo V. nostro item Praedecessore Apostolica Constitutione probatum, in tit. de Sacramento Penitentiae, ubi sic loquitur: Si penitentis numerum, & species, & circumstantias peccatorum non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget. Quod si Confessarius probe norit, penitentem aliquibus peccatis gravi, quae nondum aperuit, si ve ex oblivione, quod imos conscientiae recessus non satis exploraverit, si ve crassiori ignorantia, quae tamen culpa non vacat, cum putet sibi licere, quod re ipsa nefas est; & re erit Confessarii, ne aliquo necessaria integritate Confessio fraudetur, caute ac prudenter in memoriam penitentis revocare, quae omisit, illumque monere ac corrigere, ut rite comparatus Sacramenti Penitentiae fructum percipiat. Ita sentit S. Bernardinus Senensis tom. 2. serm. 27. artic. 2. cap. 3. pag. 167; ubi quaestione proposita, an Confessor teneatur diligenter perscrutari, & examinare conscientiam peccatoris, affirmando respondet: idque locum habere, ait, non solum in iis, quae penitentis propter negligentiam, vel propter verecundiam omittit, sed & in iis, quae ignorans tacet: eo quod peccatores ignorant, quae Dei sunt: unde si Confessor audivit aliquid de penitente, vel scripsit per aliquam probabilem conjecturam; id debet penitenti ad memoriam reducere; quia potest timere, quod penitentis ignoret ignorantia cressa, quae non excusat secundum Guillelmum; vel quia forte non intelligit illud esse peccatum; nam, secundum Isidorum, ignorans quotidie peccat, & ignorat.

§. 20. Obvia haec sunt apud Theologos, ne iis quidem exceptis, qui inter rigidioris disciplinae magistris enumerandi non sunt. Non enim res hic agitur de ignorantia, ut ajunt, invincibili juris positivi, ex qua penitens in absurdum quidpiam, unum Confessario notum, prolapsus est; & si forte, quod penitens ignorat, monitus fuisset, gravioris malis occasio inde sequi posset: sed vincibilis ignorantia locum habet; cum penitens aut crimina ignoret, quae tamen posse debet; aut in iis versetur facti circumstantias, quae Confessario dissimulante, peccatorem in pravo opere obfirmant, non sine aliorum scandalo; cum quis arbitretur, ea sibi licere, quae ab iis, qui Ecclesiae Sacramenta frequentant impune exerceri animadverit. Hisce in casibus concors Theo-

Ut Penitentiam conscientiam investigent, & quae apta remedia praestent.

Scriptorum communis doctrinae in hac materia.

ANNO JUBILAEI
 logorum sententia est, Confessarium teneri monitis ac interrogantibus penitentium opem ferre, quamvis inde penitentis timentiam fecuratur agnoscat. Quod si Confessarii monitis par exitus tunc non respondeat, adhuc sperare licet, ea in posterum, adjuvante Domino, profutura. Inter Theologos, qui aut Praedicatorum Ordini accensentur, aut Divi Thomae doctrinam subscribunt, consulantur Soto in 4. Sententiar. disp. 18. qu. 2. tit. 4. Sylvius in 3. part. D. Thomae tom. 4. qu. 9. art. 2. ad 7. Inter Franciscanae Familiae alumnos, ceterosque Scoti discipulos, Cardinales de Lauræa in 4. Sentent. tom. 2. de Sacrament. Penitent. disput. 21. art. 3. n. 64. & sequentibus, Inter Societatis Jesu Scriptores, Suarez in 3. part. D. Thomae disp. 32. sect. 3. & in 4. tom. 4. Theophilus Raynaudus tom. 16. Heteroclit. spiritual. punct. 9. n. 4. Gabriel Antonius tract. de Penitent. art. 4. qu. 3. & Cardinalis de Lugo de Sacrament. Penitent. disput. 22. sect. 2. ubi animarum salutis studio fervens, multa in rem hanc profert contra Episcoporum, Praelatorum, Principum, ac Gubernatorum desideria Confessarios, qui licet in sacro Penitentiae foro nullam de publicis criminibus accusationem excipiant, taciti quiescunt, nullaque horatione praemissa, praecipiti iudicio Absolutioni beneficium dispensant. In foro secundo, sic ille loquitur, quid dicendum sit de obligatione, quam habent Confessarii Praelatorum, Principum, Gubernatorum, & similibus, quando vident, aut sciunt, ipsos non satisfacere revera suo debito circa collationem beneficiorum, electionem ministrorum, subditorum gubernationem, circa elemosinas ex superfluis faciendas de redditibus Ecclesiasticis, & alia similia: de quibus illud notandum est, raro contingere; quod ignorantia sit invincibilis, & inculpabilis; item raro contingere, quod ignorantia illa non afferat secum scandalum in subditis, qui facile putant licita, quae a Praelatis & Principibus fieri vident, vel certe non afferat damnum commune. Quare regulariter Confessarius tenetur admonere penitentem, quicumque ille sit, de sua obligatione: nec satisfacit suo muneri; absolvendo a peccatis, quae penitentis dicit, sed potius imponit suis numeris peccata cetera, & errores, quos in penitente dissimulat, & ecco eorum ducentis, ambo in aeternam foream cadent. Si formidat ergo potentis faciem, non assumat sibi Pastoris officium; sed modeste se excuset tanquam minus aptum ad illud onus portandum. Quae quidem saluberrima Cardinalis de Lugo sententia, non solum eos Sacramenti Ministros complectitur, qui Episcoporum ac Principum Confessiones excipiunt, sed pari jure eos omnes Confessarios perstringit, qui penitentis audiunt, quorum mores, ac vitae exempla in proxima peccati occasione versantur, sin minus in externis delictis, saltem in pravis cupiditatibus, ac morosis delectationibus, quibus assentiri confueverunt, neque interim ulla tanguntur cura, ut miserum criminosa vitae statum aperiant.

§. 21. Alterum pro Confessarii monitum illud est, ut si forte contingat (solet autem frequentius contingere) Confessionis Ministrum aliquid a penitentibus audire, quod peculiari examine dignum sit caveat, ne, divinando, respondeat, sed, opportuno tempore ac consilio primum adhibitis, rem expediat. Optandum sane esset, ut quilibet Confessarius ea polleret scientia, quam eminentem appellant: verum, cum haec duos paucorum sit, necesse omnino est, ut competentem scientiam sit instructus. Nec meliora sperare licet; cum Moralis Theologia tot tantaque quaestiones, quae a sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum notitia pendent, complectatur, ut ardua plane res sit, posse aliquem omnia simul bene nosse, atque illico nodos quoscumque dissolvere, ut si solent, qui eminenti scientia praefungunt. Sat igitur erit, si inferioris notae Confessarii, ope librorum, quos consulant, difficiliora quaedam, quae in Sacramenti administratione occurrunt, rite excedant; ut scite animadvertit Praedecessor noster Innocentius IV. in Commentariis ad Cap. Cum in cunctis, num. 2. sub tit. de electione, & electi potestate ubi sic loquitur: Scientiam autem reputamus eminentem, quae subtiliter quaestiones discutit, & definire novit, & in promptu responsiones habet: ille habet mediocrem, qui scit aliquo modo examinare negotia, quamvis ad

In casibus dubiis, ne temere, aut ex privata opinione de his iudicetur.

omnia nesciat respondere, & qui in libris veritatem eorum, quae scire tenetur, scit quaerere, & sic in promptu omnia non habet. Cum igitur aut difficilior, aut nova quaedam facti species ad Confessarium deferuntur, ideoque libros evolvere illi necesse sit, non sine sobrietate, ac librorum delectu id agendum. Notum quippe est, in tanto Scriptorum numero aliquos produisse, quorum opinio ac sententia Evangelicae simplicitati, ac Sanctorum Patrum doctrinae non bene consonat. Complures opiniones (verbis hic utimur Praedecessoris nostri Alexandri VII. Decreto edito die 7. Septembris 1665.) Christianae disciplinae relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis exercere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepit alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula Fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianae vitae corruptela. Nolumus hac in reprehensione sermonem instituire; nolumus vexatissimas quaestiones, quae circa Scriptorum fidem, eorumque doctrinae integritatem, agitantur, attingere. Sat erit Confessarios monuisse, ut in re dubia propriae opinionis non innituntur; sed antequam causam dirimant, libros consulant quamplurimos, eos cum primis, quorum doctrina solidior, ac deinde in eam descendat sententiam, quam ratio suadet, ac firmat auctoritas. Nec aliud sane docuimus in nostra Encyclica super usuris, quae occurrit ordine 143. Bullarii nostri tom. 1. ubi §. 8. ita scripsimus: suis privatis opinionibus ne nimis adherant, sed praevisquam responsum reddant, plures Scriptorum examinent, qui magis inter ceteros praedicantur: deinde eas partes suscipiant, quas cum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligunt. Idipsum modo repetimus. Nostra quippe sententia non solis rei usurariae limitibus circumscribitur, sed ea omnia complectitur, quae sive ad forum Sacramentale, sive ad rectum conscientiarum regimen quoquo modo conferre possunt.

§. 22. Monemus tertio, ut Sacramenti Penitentiae Ministri illud Venerabilis Cardinalis Bellarmini effatum praeculis habentes: Non esset tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi, & memores propositionum, quas Praedecessores nostri anathematis gladio confixerunt, ac praeceteris Innocentius XI., qui die 2. Martii 1679. Propositionem ordine 60. cum tribus sequentibus proscripsit, discant, quibus in casibus concedenda, deneganda, aut protrahenda sit Absolutio. Vident autem diligenter Sacerdos, quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit Absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia, & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, resistere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt, aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciunt, & scandalum tollant. Verba sunt haec, non rigidioris Theologi, sed Ritualis Romani, quod insuper Confessarii inculcat, ut, si ve denegent, sive differant Absolutionem, miti ingenio, ac suavi sermone penitentibus causas denegatae Absolutionis aperiant, ac ostendat ita expedire, ut animae salutis bene consulatur. Hinc illos, ut quanto citius revertantur, invitent, atque animos addant, ut ante reditam, ea omnia, quae illis agenda praescribuntur, rite perficiant, ex quo fiet, ut ad sacramentale forum regressi, Absolutionis beneficio donentur. Ubi vero Absolutionem concedunt, his potissimum, qui aut raro, aut non sine multis criminibus ad Penitentiae Sacramentum solent accedere, eos hortari non desinant; vitam, quam sub peccati iugo duxere miseram, illis aperiant; criminum turpitudinem explicant: ut nimirum ex corde doleant, ac se in posterum a peccatis recessuros serio proponant. Ratum quippe est, solida ac gratia Confessariorum hortamenta in Penitentiae foro prolata, longe efficaciora esse sacris Oratorum Concionibus, ut penitentis animum a vitis avocent. Solent enim Concionum auditores, quos aure excipiunt increpationes, in alios potius, quam in se ipsos, transferre. Id vero fieri nequit in privatis Confessariis.

Videndum quando, & quibus conferenda, vel differenda sit Absolutio.

Opportuna penitentibus monita dari debent.

ANNO JUBILAEI
 Confessariorum monitionibus, quae in unam ac individuum penitentem cadunt, ac in illius faciem vibrantur, abique eo quod aut crimina inficiari possit, aut excusare. Nec Confessarii reponant, id fieri non posse, si frequentior penitentium numerus suadet brevitate, jam enim difficultatem dissolvit aurea illa S. Francisci Xaverii sententia apud P. Terfellum in ejus Vita lib. 6. cap. 17. hinc verbis concepta: Confitentibus porro, non festinant, sed diligentem navandam operam conserbat, monens, ut praecipiant Confessiones paucas rite factas audire, quam multas temere propeatas.

§. 23. Quartum monitum satisfactionem attingit, quae Sacramenti Penitentiae postrema pars est, eaque integralis. Esti pia Mater Ecclesia humanam commiserans infirmitatem, primariam severitatem nominis emolliverit, atque a Canonum Penitentiarum usu recesserit; quandoquidem, ut legitur in Can. Fraternitatis, dist. 43. Desideria nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum desecerunt, distillationis illius non patitur in omnibus manere consuetam: non ideo tamen fas Confessariis sacramentalem Satisfactionem, pro libito, ac temere imponere; sed hac in re iustitiae, prudentiae, ac aequitatis iura debent una componere. In irroganda autem satisfactione parva Sacerdotes nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omnia, iustitia, prudentia, & pietas dirigenda existimabunt. Ita statuit Catechismus Romanus in Parochorum utilitatem, iussu Concilii Tridentini elucubratus, & a S. Pio V. Praedecessore nostro in lucem editus, sub tit. de Penitentia. Praevitaret eadem Synodus Tridentina in cap. 8. Sess. 14. de Penitentia, ubi saluberrimam hanc doctrinam ita statuit: Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesterit, pro qualitate criminum, & penitentium facultate, salutaris, & convenientis satisfactiones iniungere, ne, si forte peccatis conviscant, & indignis cum penitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis iniungendo, aliorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem praeculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praevitandum peccatorum vindictam, & castigationem; nam clares Sacerdotes non ad solvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres credunt, & docent. Ut autem ad acceptandam opportunam satisfactionem, quae a Confessariis imponitur, peccatores facilius inducantur, multum profert Canonum Penitentiarum notitia, qua Confessarii instructus est, Canones illos in usum non revocet, potest tamen ea uti, ut penitentiam, quae olim pro sisdem criminibus statuta fuerant, mensuram explicet: Ex quo penitens, & summam peccatis inesse multatiam agnoscat, & indigne sese satisfacturum, quae gravior aliquot videri potuisset, lubens acquiescat; facta nimirum comparatione cum iis penis, quas pro sisdem criminibus subiisset, si remotiori aetate, cum scilicet Penitentiales Canones adhuc obtinebant, ac Confessarium accessisset, nec ad ea pervenisset tempora, quibus veterum Canonum severitatem benignior Ecclesiae disciplina emolliuit. Atque ita quidem ratiocinantur Scriptores quamplurimi pietate ac doctrina praestantes, quorum nomina cum a Nobis in nostro Tractatu de Synodo lib. 7. cap. 62. fuerint relata, super vacanteam ducimus ea hic repetere. Illud vero addimus, vitam, moremque fidelium, qui nostra aetate ad Penitentiae Sacramentum accedunt, late discriminari ab ea vitae ratione, quae inclytam Aegnetem, Imperii dignitate, ac pietatis studio conspiciam, olim commendavit. Cum enim in hanc Urbem, ut ad Sacerdotum Apostolorum Limina procumberet, se contulisset, universas praeterea vitae maculas B. Petro Damiani, eximio S. R. E. Cardinali, aperuit in foro sacramentali; atque laude recessit, nulla a Confessario, probitatis ac doctrinae laude celebrissimo, imposita satisfactione.

§. 24. Praestat ipsismet B. Petrum Damiani in Opusculo 56. c. 5. tom. 3. suorum Operum editionis Parisiensis pag. 432. hac de differentem, atque in aliorum exemplum ita loquentem audire: Sed ut hi, qui ad Apostolorum Limina confluunt, Sacerdotum de devotionis tua salubriter imitentur exemplum, sed

arcana quoque B. Petri Confessoris, ante Sacrum Altare ma sedere facisti, ac per lugubres genitus, & amaros suspiria, ab ista quinquagennis infantie tenera adhuc, & nuper ablata levitate capisti, & tamquam illic ipse Beatus Apostolus corporaliter presideret quidquid subtile vel minutum in humanitatis tua potuit titillare visceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid preterea subreperere potuit in sermone superfluum, fidei verbum est relationibus evolutum: ad quod mihi usum est, ut nil aliud confitenti penitentiae pondus iniungerem, nisi ut illud Divinae legationis elogium iterarem: Age quod egis, operare quod operaris: vel illud, quod hic, qui Thiatyre erat, per Angelum mittitur: Non mittam super vos aliud pondus; tantum id, quod habetis, tenete (Apoc. 2.). Nam, Deo teste, ne unum quidem diem seipsum, vel casualiter afflictionis indidi; sed, ut in capitis solammodo sanctis perseverares operibus, imperavi.

§. 27. At contra, nostris hinc temporibus passim occurrunt peccatores (quo nomine censuram Nos, & alii fortasse Beati Petri Damiani tempore censebantur) qui non jam in generali criminum exomologesi, sed & in ipsis Confessionibus, quas plures in anno frequentant, atque identidem repetunt, gravioribus criminibus implicuntur; ideoque in sacro Penitentiae foro ea satisfactione digni sunt, quae iuxta Concilii Tridentini Canones peccatorum gravitati commensuratur: tum maxime, quod nulla aut fere nulla bona opera eliciunt, si in confecta vivendi ratione permaneant, nec, ut par est, aequo fuerant animo arummas, quibus aliquando premitur: ex quo fit, ut uberiori fructu fraudentur, quem Ecclesiae preces, Sacerdotis ore in penitentes prolatae, a Deo postulant hinc verbis: Ut quidquid boni feceris, vel mali patienter suscipueris, si tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, & premium vitae aeternae.

§. 26. En igitur, Venerabilis Frater, rerum, quas gestimus, aut etiam gerendas decrevimus, feriem universam tibi propositam, ut quotquot nostram hanc Urbem inhabitant sanctioris Anni spirituales fructus percipiant. Hoc idem in tua Civitate, ac Diocesi, te agente, praestari vehementer cupimus, ut populus tibi concreditus, qui iamjam venturo anno sacras Peregrinationes ad hanc Urbem suscipiet, par lucrum, eandemque celestium bonorum copiam assequatur. Quae de sacramentali Confessione a peregrinis ante discessum instrumenta, haecenus significavimus, Bituricensis Concilium anno 1584. in Can. 2. tom. 10. Collectionis Harduini pag. 1466. & seqq. priorem decreverat hinc verbis: Praemuniatur debita & integra peccatorum Confessione, & Eucharistiae Sacramento, quicumque ad loca sacra peregrinantur, antequam ire aggrediantur. Consonat Praedecessor noster Innocentius XII. in ipsa Indictione Anni Jubilaei 1700. ubi salutarem criminum expiationem cum primis urget, atque ita loquitur: Sanctificamini itaque, filii charissimi, & preparate corda vestra Domino. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ob oculis Dei, & renovati spiritu mentis vestrae, orationibus insistite, frequentate jejunia, elemosinas erogate. Ne autem quis putaret, haec verba ad eos duntaxat, qui Romae debebant, extendi, prudenti consilio illa addidit, quibus illos etiam comprehendit, qui Romam venire parati, a suis regionibus nondum recesserant. His porro Christianae vitae ornamentis instructi, virtutumque praesidii muniti, impigre, piaque animi elacritate, ad hanc Sanctam in terris Civitatem Dei, veluti ad Thronum gratiae, accedite cum fiducia, ut misericordiam consequamini.

§. 27. Te vero, modo Pastoralis officii ministrum id ferat, ad Urbem hanc accedente, certo confitebamur, ut, sive iter agas, sive Romae degas, eam vivendi rationem, quam S. Carolus Borromeus Anno Jubilaei 1575. Romam accedens, Romaeque commoratus sibi servandam constituit, studeas amulari. Sacram hanc optimi Praesulis Peregrinationem describit Carolus a Basilica Petri, Novariensis Episcopus, lib. 3. Historiae, quam texit de vita ac gestis S. Caroli. Si vero, ut par est, & Nos somnoper optamus, e tua Diocesi populus Romam commigraturus discedat, in eam spem erigatur, ut, quamdiu peregrinatur, atque hac illae divertit, nihil molestiae.

Adhortatio ad Episcopos ut praemissa in suis Diocesis observari curent.

Non ita mesim occurrunt peccatores (quo nomine censuram Nos, & alii fortasse Beati Petri Damiani tempore censebantur) qui non jam in generali criminum exomologesi, sed & in ipsis Confessionibus, quas plures in anno frequentant, atque identidem repetunt, gravioribus criminibus implicuntur; ideoque in sacro Penitentiae foro ea satisfactione digni sunt, quae iuxta Concilii Tridentini Canones peccatorum gravitati commensuratur: tum maxime, quod nulla aut fere nulla bona opera eliciunt, si in confecta vivendi ratione permaneant, nec, ut par est, aequo fuerant animo arummas, quibus aliquando premitur: ex quo fit, ut uberiori fructu fraudentur, quem Ecclesiae preces, Sacerdotis ore in penitentes prolatae, a Deo postulant hinc verbis: Ut quidquid boni feceris, vel mali patienter suscipueris, si tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, & premium vitae aeternae.

quam sentitegere debent qui sacrum hinc hinc cogitent.

B. Petrus Damiani Aegnetem impoiait. De devotionis tua salubriter imitentur exemplum, sed

leſtiæ illaturus ſit iis locorum Præſidibus, quorum intereſt vigili cura cavere, ne ea ſuboriantur ſcandala, quæ retroactis temporibus anſam nonnullis præbuerent, ut contra ſacras Peregrinationes obloquerentur. Cumque Romam pervenerit, omni ſtudio curabimus; ut honeſtam & morigeram vitam ducat, opera injuncta rite perſiciat, Baſilicas adeat, varioſque Chriſtiane penitentiæ actus exerceat. Enimvero teſtis eſt Deus quo ſtudio, quoque conatu in id incumbamus, ut peregrini omnes, qui ſuas repetent domos, ſanctæ converſationis, quæ Romæ viget, exemplo docti, in Fide ſtabiles in virtute ſervidi, atque in Apoſtolicæ Sedis obſequio confirmati perſequent. Quæ Nobis, eadem & Prædeceſſori ac Conſulti noſtro Gregorio XIII. inſedit voluntas, cum Jubilæi Annum tunc temporis recurrentem celebraret, ut ex illius *Annalibus lib. 3. cap. 24.* comperimus, ut, adjuvante Domino, cui rem hanc univerſam humillimis precibus commendamus, peregrini in patriam regeſſi, ea cenſura digni non ſint, qua S. Hieronymus in *epiſt. 58. ad Paulinum tom. 1. Oppor-* editionem Veronenſi. pag. 318. nonnullos, qui ſacras Peregrinationes in ipſa Jeruſolymorum Urbe conſecraverat, ita fugillat: *Non Jeruſolymis bene viſiſſe, ſed Jeruſolymis bene viſiſſe, laudandum eſt.*

§. 28. Integro Anni Jubilæi tempore præſto erunt in Urbe Roma Penitentiarii, aliiſque Confeſſiones excipiendis deſignati, qui opportunis facultatibus inſtructi, penitentes audiant, ac meritam abſolutionem & diſpenſationem concedant, cum iis, qui Romæ degant, tum aliis qui aliunde confluunt, ut Spiritualis Sanctioris Anni divitias conſequantur. Hoc ipſo temporis intervallo non deerunt Divini Verbi præcones. Nos ipſi loquemur, loquentur & alii ad id muneris a Nobis deſignati; ita tamen, ut Theologica, controverſia, quæ ad puram putamque ſcholarum diſputationem pertinent, intactæ relinquuntur. Illud vero Nobis, tum aliis, qui noſtro loquentur nomine, curæ erit, ut clauſule illius, quam Bullæ noſtræ inferuimus: *Fidelibus vere penitentibus, & conſeſſis Sacraque Communionis reſtaſiſſis*: vis ac ſignificatio probe intelligatur. Illud item re atque exemplis demonſtrabimus, quam ſutilis atque inanis ſit illorum ſententia, qui a Catholica Communionis extores, perperam aſſerunt, Indulgentiarum uſu penitentiam imminui, aut etiam e medio tolli. Patet, ne quis ſuſpicetur, aut Nos ipſos, aut eos qui noſtra auctoritate Conſiones habebunt, in rigidiore ſententia pronos eſſe, eamdem ſequemur methodum, quam celebris Pater Baſilidove Societatis Jeſu ſibi proponit, ac ſequitur in Sermone ſub initium Anni Jubilæi habito ac typis edito tom. 2. *Sermonum pag. 517. & ſeqq.* juxta alteram editionem Pariſiis proſulam an. 1769. Quo tempore Bononiæ moram traximus, & noſtras ſententiam ad populam Inſtructiones evulgavimus, quæ primum in plures tomos diſceſtæ, mox Latine reddite, in unum volumen in folio compactæ ſunt, unam procedimus, quæ tom. 3. *Italice* editionis eſt ordine duodecima, in Latino autem volumine occurrat *quinqueſima tertia*. Porro in hac Inſtructione, omiſſis Theologorum diſceptationibus, univerſum Diœceſis noſtræ populam monuimus, ac hortati ſumus, ut occaſione Plenariæ Indulgentiæ, quam Prædeceſſor noſter Clemens XII. promulgarat, injunctis operibus alia pietatis opera ſuperadderet, ac dignos penitentiæ fructus faceret; auro illo Venerabilis Cardinalis Bellarmini documento ex tom. 2. *controverſiarum in tractatu de Indulgentiis lib. 1. c. 12. §. Ad tertium*, illis propoſito: *Accipiant prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos penitentiæ fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatiſfacere, Sed & illud adjuceimus, quod Cardinalis Pallavicinus in *Hiſtoria Concilii Tridentini lib. 24. c. 12. num. 6.* adnotavit, falſam nimirum eſſe illorum ſententiam, qui tenentur, Chriſtianos, propter Indulgentiarum uſum, deſides fieri, atque a ſatiſfactione quæ Deo criminum noſtrorum vindicti præſtanda eſt, avocari. Sane, cum homines dubii omnino ſint, an Indulgentiarum fructum re ipſa comparaverint, ſtimulus pluribus ſuperceſſit, quo urgentur, ut novo ſalutarium operum ac laborum quæſtu, in ſolidiorem ſpem*

Non deſerunt Romæ ſubſiſtaſſe ad penitentiam reconciliatorem ad honorem exercitiis.

erigantur. Præterquamquod, opera ad lucrandas Indulgentias ſtatuta, cum in praxim uſumque revocantur, pietatem adaugent, atque, ut quotidiano conſtat experimento, novum inducunt habitum, quo quis ſemel inſtructus, alia virtutis opera facilius exequitur. Equidem Bonificius VIII. Baſilicarum viſitationem, ab exteris quindecim vicibus, a Romanis vicibus triginta peragendam præſcripſit, atque huic operi lucrum Indulgentiarum ſociavit. Non ideo tamen cætera pietatis opera ſilentio præterit, immo vero in ſua Extravaganti *Antiquorum, de penitentia, & remiſſionibus*, quæ inter communes Extravagantes legitur, expreſſis verbis hæc addidit: *Unusquisque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficacius conſequetur, quo Baſilicas ipſas amplius, & devotius frequentabit.* Hæc autem iis affinia ſunt, quæ & Nos ſupra inculcavimus, monentes, ut, præter opera, quæ præcipiuntur, alia Chriſtifideles exercent pia opera, quæ ſpiritus ac votis Eccleſiæ conſona erunt. Nec aliud ſubſidiant ea veteris formulæ verba, quibus Prædeceſſores noſtri uſi ſunt, & Nos item utimur, cum populo ſolemniſter benedicimus. Expleto quippe Benedictionis ritu Plenaria Indulgentia conceditur; ac præterea humiles ad Deum funduntur preces, ut aditanti populo medum *perſeverantiam in bonis operibus, ſed & cor ſemper penitens* tribuat, hoc eſt, ad nova penitentiæ opera, quibus præterita expiantur crimina, rite comparatum; quamvis aliunde bene ſperare liceat, præteritorum criminum culpam penamque æternam, in Penitentiæ Sacramento fuiſſe dimiſſis; & temporalem, quæ ſuperceſſit, penam, ope Indulgentiæ, quæ pridem conceditur, fuiſſe dilutam.

§. 29. Apud vulgatum Anaſtaſium in Viris Prædeceſſorum noſtrorum Zachariæ, & Paſchalis legimus, nonnullas præpe Vaticanum Templum extructas fuiſſe hoſpitales domos, in quibus peregrini, qui ad Limina Apoſtolorum pervenerant, excipiebantur, & ricebantur. Ejuſmodi ædificia, ſive temporum, ſive hominum injuria, jamdiu everſa ſunt. Alia tamen, in variis Urbis locis poſita, inſignis Romanorum pietas excitavit, ad quæ quovis tempore, poſſimum vero Sacro Jubilæi Anno, liber patet aditus peregrinis, qui ad Urbem hanc confluunt, ut Beatorum Apoſtolorum deoſculentur Limina, atque Indulgentiarum theſauros acquirant: quibus ea item, quæ ſive corpori alendo, ſive animo piis operibus proborum Sacerdotum ope reſtitiendo neceſſaria ſunt, abunde ſuppeditantur. Hæc ſunt, quæ tibi duximus ſignificanda. Atque plena animi Noſtri benevolentia tibi, tuoque gregi univerſo Apoſtolicam Benedictionem elargimur.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1749. Pontificatus Noſtri Anno IX.

Peregrinis etiam hoſpitibus.

POENITENTIARIIS. XX.

In Baſilicis & Eccleſiis Urbis pro Anno Jubilæi deputatis, & Confeſſariis a Cardinali Urbis Vicario deſignandis, Facultates eodem Anno exercendæ conceduntur adjectis opportunit Monitis, & Declarationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CONVOCATIS per alias noſtras Apoſtolicas Litteras Univerſis Eccleſiæ Filiis ad celebrandum Nobiſcum proxime recurrentis Anni Sancti ſolempnitatem; iſſique jam, ut conſiderimus, ad Supremi Paſtoris vocem, Sacerdotali præſertim Fratrum Noſtrorum Episcoporum tuba inſclamante, excitatis; ad officium noſtrum pertinere iudicamus, non ſolum convenientes ex toto Chriſtiano Orbe Fideles aperto charitatis paternæ ſinu excipere; ſed etiam omnia, quæ conſuetudinem neceſſitatibus, ac utilitatibus opportuna fore proſpiciamus, in antecellum parata

Exordium.

parata atque diſpoſita habere; ut hominis illius Regis in Evangelicis Litteris laudatam proviſionem imitemur, qui, quum ad Cœnam magnam vocaſſet multos, quæcumque ad uberem ſplendidiſſimæ convivii apparatus ſpectarent, ita ſollicitè curare non deſiſſit, ut inſtante hora Cœnæ, mittere poterit invitatis dicere, *quia parata ſunt omnia*. Et Nos igitur pluribus per elapſos Menſes curis & ſollicitudinibus, quantum humanarum rerum conditio patitur, id efficiere ſtudiimus, ut omnibus, quicumque ad Sanctam Civitatem iter arripiant, nihil ſive ad Divinæ Religionis cultum, ſive ad Chriſtiane pietatis exemplum, ſive ad itineris, hoſpitique commoda deſſe poſſet: Et nunc, attendentes, quænam poſſimum a ſuprema ligandi atque ſolvendi poteſtate Nobis cum Apoſtolicæ vicis Officio commiſſa, expetere poſſint plures, qui ad oblationem remiſſionis, & indulgentiæ munus aſſequendum, cum vero penitentiæ ſpiritu, & devotiſſimo affectu accedentes, commiſſorum forſan delictorum oneribus gravati, aliſque conſcientiæ vinculis adſtricti, & impediti reperiantur; hæc etiam peculiari ſtudio a Nobis ordinari, & mature proviſa fuiſſe, omnibus, ad quos pertinet, ſpecialiter vero inſcriptis Sacramenti Penitentiæ Miniſtris, præſentium Litterarum tenore ab iis præſertim diligenter obſervando, edicimus & declaramus: Nil magis operantes, quam ut omnes, quicumque animum peccatis ægram, aut Cenſuris, impedimentive irretitum gerunt, procul abjecto formidatæ difficultatis terrore, ad Eccleſiaſticae curatiſſime ſidentem remedia conſugiant, per quæ copioſum Redemptiſſimi fructum conſequentes; & ſanitati redantur & paci, & in filiorum Dei liberatam, contraſtis impietatis compediſſis, vindicentur.

Novimus ſane Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, in quorum tempora ſuperiores, noſtroque temporis propinquoſius Jubilæi Univerſalis Anni incurſerunt, hunc mortem ſervaviſſe, ut per geminum præcipue organum, per Cardinalem ſcilicet Majorem Penitentiarium, perque Cardinalem ipſorum in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicarium in ſpiritualibus Generale, & idoneos Confeſſarios deputari, & eorum amplificari facultates providenter mandarent; ut nec ſacrorum Miniſtrorum copia per Urbem, nec his facultatum amplitudo deſſet, ad Penitentes, pro variis cujuſque cauſis, Deo reconciliandos, & culpa jam exſolutos, ad aſſequendam quoque pleniffimam poenarum indulgentiam diſponendos.

Icideo Nos laudabilibus eorum veſtigiiſſis inherentes, ſimulque cupientes graviffimam hanc Paſtoraliſſimam partem, certa reſtaque ratione adminiſtrari, nec ullam, quoad ejuſ rei poterit, circa facultatum præſertim limites, earumque uſum & exercitium, dubitationem aut errori locum relinqui; poſt maturam deliberationem ſuper his rite præhabitam, noſtro Motu proprio, certaſque ſcientia, rem totam ad eum, quem ſubſtituimus modum, ordinandam dirigendamque decrevimus.

I. INPRIMIS itaque Dilecto Filio Noſtro S. R. E. Cardinali Majori Penitentiario per præſentes committimus, ac demandamus, ut juxta id, quod jam pridem in noſtra Conſtitutione incipit. In Apoſtolicæ Penitentiariæ Officio, Idibus Aprilis Anni MDCCXIV. Pontificatus Noſtri Anno Quarto edita, pro perpetuis futuris temporibus præſcriptum, præter conſuetos trium Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, S. Petri in Vaticana, & S. Mariæ Majoris Penitentiarios Minores, pro Baſilica etiam S. Pauli extra Muros præſenti Anno Sancto ſimiles Penitentiarios in diſta Baſilica Sancti Petri certis cujuſque anni diebus inſervientes, nunc autem per totum Annum Sanctum aliis inſuper diebus, ejuſdem Penitentiarii Majoris arbitrio præſcribendis, inſervituros, a ſe jam electos, vel eligendos, alios inſuper, eodem Anno Sancto durante, tam in memoratis quatuor Baſilicis, quam in reliquis quoque ſive Sæcularium, ſive Regularium, & nominatim quantum fieri poterit, in variis Nationum Urbis Eccleſiis, novos ſimiliter Penitentiarios deputet, & extra ordinem abunde multiplicet.

II. Deinde Dilecto itidem Filio Noſtro S. R. E. Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

Item Cardinali Vicario Urbis pro deputacione Penitentiarii.

Cardinali, Noſtro in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicario in ſpiritualibus Generali, commiſſum pariter atque injunximus, ut ex Confeſſariis tam Sæcularibus, quam Regularibus, ab ſe alias ad audiendas Romæ Confeſſiones approbatis, quamplures magno numero deſignare non omittat; immo etiam ſi ita ad concurrentium tam Romanorum, quam Exterorum utilitatem & commoditatem neceſſarium aut expediens fore judicaverit, omnes, a ſe, ut prædicimus, approbatos, vel approbandos, deſignare in eum ſinem non dubitet, ut facultatibus illis, quæ a Nobis inferuntur, earundem præſentium tenore, Confeſſariis huiusmodi ab eo deſignandis tribuentur, ſtatim ſe a Nobismet ipſis inſtructos eſſe intelligant, eaque exercere libere valeant, audiendiſque Confeſſionibus Fidelium quorumcumque, Jubilæum huius Anni Sancti lucrari volentium, operam dare aggrediantur, & aſſiduè charitatis & zeli ſtudio pergant. Pro Confeſſariis autem Monialium, aliarumque Virginum, ſeu Mulierum in perpetua Clauſura Romæ viventium, ſicut etiam Oblatarum, aliarumque in Religioſis aut Piis Domibus, ſeu Conſervatoriis degentium, nec non Carceribus detentorum, & morbis impeditorum, quæcumque opus erunt, quæque Nobis in Domino expedire videbuntur, aliis noſtris peculiaribus Litteris ſtatuemus.

III. PORRO Penitentiarii ſive in quatuor præſatis Baſilicis, ſive in aliis Urbis Eccleſiis per Cardinalem Majorem Penitentiarium, ut præſertur, deputatis, vel per Anni Sancti curſum deputandis, ſubſequentes facultates, pro hoc dumtaxat Anno Sancto duraturas, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine concedimus, & impertimur: videlicet.

IV. *Abſolvere poſſint per ſe ipſos tantum, & in foro duntaxat conſcientiæ, quæcumque perſonas ſibi conſtitutione, etiam Regulares, cujuſcumque ſint Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, etiam ex præſcripto Superiorum, vel ſuarum Conſtitutionum, etiam a Sede Apoſtolicæ approbatarum, vel alias ex Indulto, Decreto, aut præcepto Apoſtolicæ, extra propriam Religionem peccata ſua conſiteri prohibentur, a quibuscumque ſententiis Excommunicationis, aliſque Eccleſiaſticis Cenſuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cænæ, reſervatis, & a Sacris Canonibus ſulminatæ, nec non ab omnibus peccatis, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis; injunctis tamen ſalutaribus penitentiis, & aliis de jure iſdem Penitentiis injungendis.*

V. *Abſolvere etiam poſſint a ſupradictis Cenſuris in jure latis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quævis publice in partibus ſive, quævis dedulle, aut nominatim declarate, ac denunciatae in iſdem partibus ſint per Locorum Ordinarios, aut alios quoſcumque Judices, præmoniti tamen Penitentibus de Libello, ut infra, in his caſibus publicis omnino conſcientiæ. Poſt abſolutionem nimirum conſcientiæ Libellam ſupplicem, expreſſo nomine, cognomine, ac Diœceſi Penitentiis, & caſu huiusmodi publice Cenſura ſubjecto, & ſubſiſſe ſcribant teſtimonium abſolutionis ab eadem Cenſura conſeſſe, eundemque Penitentem dirigant ad Officium Penitentiariæ Apoſtolicæ, ut recipere poſſint Breve in forma Miſſæ, vel Remiſſi abſoluti, juxta præxim ejuſdem Officii Penitentiariæ.*

VI. *A cenſura ab Homine, ſeu a quocumque Judice de partibus, nominatim lata, abſolvere valeant ad effectum duntaxat Indulgentiæ præſentis Jubilæi conſequenti; itaut, ſemel ac conſecuti Jubilæum fuerint, eadem, qua antea, Cenſura adſtricti remaneant, ac teneantur parere Judicis ſententiæ, & abſolutionem ab eodem petere, perinde ac ſi nunquam abſoluti fuiſſent. Atque hiſ Penitentibus nullum detur teſtimonium abſolutionis, neque Confeſſionis.*

VII. *Abſolvere inſuper valeant, pro foro conſcientiæ tantum, a Cenſuris propter hæreſim formalem externam incurſis, dummodo tamen Penitentem neminem habeat hæreſis complicem; prævia coram ipſo Confeſſario abjuratone ſecreta; atque etiam pro caſu, quo Penitens habeat quidem hæreſis complicem, vel complicem, ſed huiusmodi complex, ſeu complicem, in Regionibus, ubi hæreſis impune graſſatur, exiſtant, & degant.*

Facultate penitentiarii.

Circa abſolutionem.